

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Confessio a
cum uariis

O homo, quid times confiteri? Id quod per confessionem scio, minus scio quam id quod nescio. Cur confiteri erubescis peccata tua? Peccator sum sicut et tu; homo sum, humanum a me nichil alienum; confitere homo homini, homo peccator homini peccatori. Elige quod uis: si non confessus lates, inconfessus dampnaberis. Ad hoc Deus exigit confessionem ut liberet humilem; ad hoc dampnat non confitentem ut puniat superbum.

Augustinus super Psalmos.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

id] illud P V¹ V² L¹ L²; quod *om.* (*cor. supra lin.*) C; quam id] quam illud P V¹ V² L¹ L²;
humanum] humani V² L¹ L²; liberet] hominem *add.* P V¹ V² L¹ L²